firmitatem gratie perceperunt
consequuti sunt. Nullo tum
lapsu uitii nullo superbie
tumore, sed firmitate indiuiduo se
ex contemplatione muniunt.
Nichil aliud dulce habent, nisi
eum a quo creati sunt.
Quod autem duo seraphin in Esaia
leguntur, figuraliter uetus et
nouum testamentum significatione
hostendunt. Quod uero faciem
et pedes dei operiunt, quia preterita
ante mundum, et futura post
mundum scire non possumus,
sed media tantum eorum testimonio
contemplamur. Singuli senas
alas habent, quia de fabrica
tantum mundi que in sex diebus
facta sunt in presenti seculo nobis ...
Quod clamant alter ad alterum ut
... trinitatis in una diuinitate
demonstrant misterium.

Patriarcharum nomina.

Nascimus quid in suo uocabulo
teneant. Nam plerique eorum
ex causis propriis nomina ac
ceperunt. Patriarche enim
interpretantur patrum principes.
Ex quibus Christus secundum carnem originem
ducit. Abraham primum uocatus
est pater uidens populum, propter
Israhel scilicet tantum.
Postea appellatus est Abraham,

id est addita una littera, quod
transferatur pater multarum
gentium, quod erat adhuc
presidens futurum. Gentium
autem non habetur in nomine,
sed subaudiatur iuxta illud.
Ergo nomen auctum Abraham,
quia patrem multarum gentium
posuit te. Isaac ex risu nomen
accepit. Riserat enim pater
quando ei promissus est, ad
mirans in gaudio. Risit et
mater, quando per illos tres uiros
promissus est, dubitans in gaudio.
Et hinc ergo causa nomen accepit.
Ergo Abraham dominum patrem signi
ficabit, qui est auctor et origo
hominum. Isaac Christum
significabit, qui nobis gaudium
celeste parit. Iacob supplan
tator in eo interpretatur, sive quod
in ortu plantam nascentis
fratris adprehenderit, sive quod
postea fratrem arte deceperit.
Isac prefigurabit celum, ex quo
sunt nati duodecim patriarche,
que et celum in duo denario
numero constituant.
Unde et duodecim tribus Israhel
dicuntur. Israhel uir uidens deum.
Tunc enim hoc nomen Iacob
accepit, quando tota nocte
luctatus est in certamine

Ybi Iacob luctatus cum angelo.

MADRID. — REAL ACADEMIA DE LA HISTORIA. — No. 33. Beatus M. S. from San Millán de la Cogolla. X-XII century.
Photo. J. Pierpont Morgan Library. Exped. Walter W. S. Cook. 1926.
2011 Ministerio de Cultura